

13
(p.293,
30)

Nex ubivis, rabies, furiarum examina mille

14 (13) Comprimite, o gentes, homicidia! Nonne videtis
mandere vos proprios artus ac viscera vestra?

15 (12) Mutatos subolis mactat pater impius artus
dis epulum libans; saeva prece territa mente
hostia; luctifica funestatur dape mensa.
Natus item ut pecudes caedit matremque patremque
nec sentit caros mandens sub dentibus artus.

VI EX EURIPIDE

A Medea

16 (14) Nec me latet nunc quam cruenta cogitem,
sed vincit ira sanitatem pectoris.
